

Minuta per minuta ducta, secunda producunt. Si ergo
 denominatores istorum inuicem addiderimus, scilicet, minutum ad minutum,
 duo congregabimus, & sic constituitur denominator producti puta secundum.
 In temporis vero multiplicatione eisdem utimur regulis, non aliter quam in mo-
 tu, scilicet, si multiplicas horas per horas, horæ consurgunt. Si minutiam quaer-
 eunque per horas, aut e conuerso horas per minutiam, hæc ipsa prouenit minu-
 tia. Sic quoque minutia temporis per minutiam eiusdem multiplicata alteram
 gignit minutiam a se, vt supra. Sed vt huius operatio multiplicationis facilior
 habeatur, composita est tabula proportionis ac illis inserta. Quæ tabula numero
 sexagenario tam in superiori margine transfuersaliter, quam a latere descenden-
 do extenditur. Cuius usus sic habetur. Quæratnr vnus numerorum, cuius par-
 tem proportionalem habere cupis, secundum proportionem ad 60. gra-
 dus, in capite tabularum, & alter numerus in latere eiusdem tabulæ, & quod
 inuenitur in angulo communi erit portio quæsitæ, ea conditione, vt numerus
 anguli in spaciolo dextro contentus est illius denominationis, quam denomi-
 natores simul iuncti, vt supra dictum est, constituunt. & numerus in spaciolo
 sinistro erit proximæ minutie maioris denominationis sequentis. Si autem in
 alterutro numerorum, de quorum parte proportionali agis, scilicet tam multi-
 plicante, quam multiplicando fuerint fractiones diuersæ, cum qualibet diuisim,
 cum toto reliquo numero erit intrandum, & quod in angulo (vt supra) inue-
 nitur aggregandum, quolibet ad suum genus. Si autem in vtroque fuerint di-
 uersæ fractiones repertæ, cum qualibet vnus, vt cum qualibet alterius, seorsum
 fiat introitus vt prius, & resultat propositum (secundum denominationum exi-
 gentiam) quod quærebatur. Sed vt res facilior sit, Tabulam denominationum
 minutarum cum exemplo subiunximus.

Tabula denominationum.

| | | | | | | |
|---|-------|--|------------------|---|-------|--|
| gra. gra. gra. gra. gra. minu. minu. minu. minu. secun. secun. secun. tert. quart. | } per | gra. minu. secun. tert. quart. minu. secun. tert. quart. secun. tert. quart. terr. quart. | } prod- bunt. | signa. gra. minu. secun. tert. minu. secun. tert. quart. tert. quart. tert. quart. quint. quint. sept. | } cum | gra. minu. secun. tert. quart. secun. tert. quart. quint. quart. quint. sext. sext. octo. |
|---|-------|--|------------------|---|-------|--|